

VLISSES REX GERMANIAE.



**V**Llisses qui & Ilsing dicitur, filius fuit Laertis. hic post patrem magna prudentia rem pub. Germanorum administrauit. Id enim quod alijs ar- nis, ipse sua calliditate & astutia perfecit. Itaq; pa- cis amator suum regnum ædificijs passim exorna- uit. Inter alias autem urbes antiquissimam regum Germanorum sedem Aschenburgum fundauit in Frisia, quæ hodie Embrica dicitur. Eius tēpore Ge deō apud Iudæos præsidebat, atq; Ilus quartus rex Troianorum regnum administrabat. Tandem V- lisses moriens suum regnum nepotibus cominen- dauit, Manetho: Euseb.